1571

Pellio recedit ab inscri ptione sibi per Nobilem Sebastianum Krulikienski facta

Coram officio et actis presentibus castrensibus Premisliensibus Capitanealibus personaliter comparens famatus Martinus Pellio Civis Premisliensis subditus Sacrae Maiestatis Regiae Tenutae quondam Joannis Adamowski a Dro [illegible] Capitanei Premisliensis a prerogativis Juribus et Consuetudinibus forensibus quibus competentibus recedens presenti vero Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum presentem attinet incorporando et subiiciendo sanus mente et corpore existens publice alte et expresse recognovit Quod ab inscriptione Castrensi Premisliensi sibi per Nobilem Sebestianum Krulikienski occasione [illegible] Centum [illegible] narum frumenti ablati fluvii Szan facta Totoque processu seu progressu Judiciario ac lucris plurimis per eundem recognoscentem ab existentia prefati capitanei Premisliensis cuius tenuta subest super eodem Sebestiano Krulikienski ac bonis illius omnibus pro vadiis certis [illegible] confessionibus castrensibus Premisliensibus ob non satisfactionem eidem succubuit Coram officio praesenti castrensi Premisliensi pendentibus et obtentis in quocunque gradu et puncto Juris dependentibus Jam ex nunc ob omnimodam et sufficientem sibi per eum pro premissis omnibus satisfactionem factam recedit eternis temporibus Casso omnia cum [illegible] Conditionibus punctis clausulis et articulis cassat

anni [illegible] mortificat obliterat perpetue sibi et suis posteris perpetuis omnibus agendi silentium imponendo [illegible] parti suae recognitionem mediam.

1571

Vrulski donat Tureczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis [illegible] Vrulski filius nobilis Klimko Vrulski recedens a suo proprio foro parti vero Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad infrascripta attinet incorporando et subiiciendo Sanus mente et corpore existens publice alte ac expresse recognovit Quia Nobili Sienko Tureczki et eius successoribus Laboriosam Vdam Juzkowna filiam Laboriosi olim Juzko subditi eiusdem Sienko Tureczki subditam suam [illegible] dumtaxat Cum omni Jure dominio et proprietate Jam ex nunc dono perpetuo ac irrevocabili et nunquam mutabili dat donat inscribit et resignat eternis temporibus Dans ac dimittens eidem ac posteris illius eam ex nunc coram officio praesenti realem intromissionem Ceterum idem recognoscens se cum suis successoribus ac bonis suis omnibus hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per eum ubilibet habitis et habendis eidem Sienko Tureczki ac posteris illius inscribit et obligat Dictam inscriptionem donatoriam ex actis presentibus castrensibus Premisliensibus